

SERMO

XV3.

In festo beati Marci euangeliste.
 Ego sum vitis vera et pater
 meus agricola est. Jo. xv.
 In hoc euangelio dominus proponit triplicem similitudinem scilicet
 vitis cultoris et palmitis presertim
 cultori seipsum vitis discipulos et fideles
 palmiti. De quibus primo videbitur. Se-
 cundo in speciali dicitur quod beatus Marcus
 palmes fuit optimus. Tercio videbitur
 cur hodie letanie maiores celebrantur.
 A De primo notandum quod pater dicitur
 agricola siue cultor quod curas adhibet
 circa palmites quod quosdam a vite separat
 quosdam combustionioni deputat et quosdam
 purgat. Sunt enim tria genera palmitum
 prout ex euangelio colligitur quod sunt qui-
 dam vitis adherentes sed non fructificantes.
 Quidam non adherentes et ideo non fructificantes
 quidam adherentes et fructificantes.
 Quidam namque sunt qui manent
 in christo vite per fidem sed non fructificant
 per operacionem istos penitus separabit a societate
 christi et consortio beatorum per sententiam
 finalem et de istis dicitur. Omne palmitem
 in me scilicet manentem per fidem non ferentem fructum
 per operacionem tollet scilicet pater meus. id est
 a beatorum consortio separabit. Math. xxv.
 Separabit eos ab invicem sicut pastor separavit
 oves ab hedis. Eiusdem. xiiij. Separabunt malos
 de medio iustorum et mittent eos in camino ignis quod talis locus
 competit ociosis. Non locus in hoc mundo
 quod est laboris. Job. v. homo nascitur ad
 laborem. Nec locus in celo quod datur
 laborantibus. Math. xx. Voca operarios et
 redde illis mercedem nec locus in purgatorio
 quod ibi non purgantur nisi qui in hoc
 mundo laboraverunt. Ps. In labore hominum
 non sunt et cum hominibus non flagellabuntur.
 nec in paradiso de quo Gen. ij. Tulit deus
 hominem et posuit in paradiso voluptatis
 ut cultor et operaretur illud ergo infernum
 eis competit. Secundo sunt

quidam palmites qui nec in vite manent
 per fidem nec fructificant per operacionem istos
 combustionioni deputat infernali. De quibus
 subditur. Si quis in me non manserit
 mittetur foras sicut palmes et arefiet et
 colligetur illum et in ignem mittetur et ardet.
 Vnde Augustinus. Vnde de duobus palmiti
 contingit aut vitis aut ignis. Si in vite
 non est ignis erit ut ergo in igne non sit
 vitis adherat. Sic homo valde est utilis
 si christo adheret. Si vero non adheret peior
 est omnibus creaturis quod ad nihilum
 valet nisi ut eternaliter oburat. Tercio
 sunt quidam palmites qui christo adherent
 per fidem et operacionem. De quibus sub-
 ditur. Qui manet in me et ego in eo hic
 fert fructum multum quod sine me nihil
 proficit. Istos purgat ut amplius fructus
 reddant tales enim multum fructum faciunt
 tum quod a patre qui est agricola purgantur.
 Vnde subditur. Omne qui fert fructum pur-
 gabit eum ut fructum plus afferat. tum
 quod a filio qui est vitis humor gratie infundit.
 Hierem. xvij. Erat tanquam lignum quod
 transplacatum super aquas quod ad humorem
 mittit radicem tuam quod a spiritu sancto qui est
 radius igneus ipsius vinee fructus erurrit.
 tunc enim vinea boni vini producit
 quoniam radius solis sine impedimento fructus
 eius erurrit. Cant. j. Borrus cipri dilectus
 meus mihi in vineis engadi. Olim enim locus
 engadi vocabatur oculi solis quod ad lumen
 ut dicitur sol recto loco illum respicit et ideo
 fructus illarum vinearum valde erurrit et per
 consequens vinum electissimum producit.
 quod autem sunt aliqui qui christo per fidem
 non sunt adherentes et tamen fructificantes
 hoc impossibile quia. Hebr. xj. Sine fide
 impossibile est placere deo. Sicut secundo patet
 se operat vitis cum dicit. Ego sum vitis vera.
 Et dicit se vitem veram ad differenciam
 sinagoge que degeneravit quod labustas et
 vinum amarum protulit dum salvatorem suum
 spiritum